



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Approbatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

mologiis? quid de Arist. in 1. Phis. & lib. 1. de Anima? quid de Platone in diversis Dialo-  
 gis, ac precipue in Timaeo, & Phadone? quid de Illust. Neoterici S. R. E. Card. Borro-  
 maio in acta Eccl. Mediolanensis, Varmiensis in heticos, Albano in Bartolum, & doctis-  
 simo Sarnano in Scotum, & Francisco Toletum in Arist. & D. Casare Baronio in vastissimis  
 Annalibus Ecclesiast. & laboriosissimis annotationibus in Romanum Martyrologium?  
 quid de S. Concil. Trid. quod majori ex parte veteres Canones, & antiquorum decreta  
 Conciliorum innovavit, ad pristinaeque conatur reducere observantiam? quid de septi-  
 ma Synodo generali de sacris imaginibus? quid de Felici Papa in Epist. ad Petrum Antio-  
 chiae Episcopum? quid de Rever. Symanca in Hareses? Mayolo de irregularitate, & in cen-  
 turias, & Leonardo Episcopo Puteolano in Fascinum? quid de D. Sylvest. Aldobrandino  
 nostri Sum. Pont. parente optimo, legum lumine, in Imperatoriam majestatem? quid de  
 Covarruvia, de Navarro, quid de D. Vinc. de Franc. sacri Regii Consilii Neapol. presi-  
 dente suis in doctissimis Decisionibus? quid de D. Joan. Jacobo de Laurent. concive meo in  
 opere (quod nunc molitur) de omnium suspitione judicium? & quid demum de recentiori-  
 bus singulis? quod apior? omnes recensuisse vanum, superfluumque proculdubio foret, hoc  
 unum dicam, satis superq. esse scriptoribus modernioribus, antiquorum si placita scripto-  
 rum suum ad propositum serio afferant, quod oratorum ille maximus Romanorum pertu-  
 lit, ea nostra dici posse, nostrumque ad usum accommodavimus: & illud poet. & Comici, Nil  
 dictum, quod non sit dictum prius, & illud Sapientis, Nihil sub sole novum, sed enim  
 juxta Hieronymi multis in locis sententiam, nusquam malevoli deficiunt, ac ubique pra-  
 valet invidia, dicam illud Hipponensis Episcopi, Sentias quicquid velis de Augustino,  
 quicquid libet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset. Accipiant igitur Illu-  
 stres ac Rever. Praesules, pupilla oculi Dei, columna Ecclesiae, summi sacerdotes, gerentes  
 personam Christi, eiusque Vicarii, Apostolorumque successores (hisce enim nomenclaturis  
 appellari solent) manus hoc, quodcunque sit, illud profecto eis humiliter obtuli, ad quod  
 multi me Praelati animarunt, quodque humanae fragileque vires, quoad licuit, haecenus  
 nonnullis interjacentibus incommodis subministrarunt, valeant in Domino semper.

#### APPROBATIO.

**I**oannes Claudius Deville, in sacra Theologia Magister, & divini verbi Praedicator, in sancti  
 Pauli hujusce Civitatis Canonicus, & in hac Lugdunensi Diocesi a Domino Dionysio Si-  
 mone de Marquemont Illustrissimo & Reverendissimo Archiepiscopo librorum Censor de-  
 signatus: fidem facimus nos librum inscriptum, Praxis Episcopalis R. D. Thomae Zerola Episcopo  
 Minorensi Authore, pervidisse, & in eo omnia juxta Censuram Magistri sacri Palatii Apostolici  
 correcte & composita invenisse. Lugduni apud sanctum Paulum 1. Cal. Junias 1615.

Ioannes Claudius Deville.

#### R. D. D. THOMÆ DE MESCHATIN LA FAYE, hujus libri imprimendi facultas.

**T**homas de Meschatin la Faye, Comes, Canonicus, & Camerarius Ecclesiae Lugdunensis, & Vica-  
 rius Generalis in Archiepiscopatu Lugdunensi, Opus, quod inscribitur, Praxis Episcopalis R. D.  
 Thomae Zerola Episcopo Minorensi Auctore, ut in lucem edatur facultatem concedo. Lugduni,  
 x. Junii 1615.

Meschatin la Faye.

INDEX